

**HISTORIA**  
**COLLEGII PATRUM CANONICORUM**

**METROP. ECCLESIAE NEAPOLITANAE**

AB ULTIMA EIUS ORIGINE

AD HAEC USQUE TEMPORA

AVCTORE

**PASCHALE CAN. SANTAMARIA**



NEAPOLI  
EX TYPIS FRANCISCI JANNINI ET FILIORUM  
In Via Cisterna Olesia

ANNO R. S. MCM

Magistris Franciscus de *a*) 7 Maj. 1650 m. 11 Nov. 1662  
 Urso Aloysius *d*) 11 Nov. 1662  
 Massarengi Andreas *b*) 1668 m. 29 Sept. 1684  
 Renzi Matthaeus *c*) 1678 m. 22 Jul. 1679  
 Cortone Hannibal Jul. 1679 m. 1 Dec. 1679  
 Venezia Antonius *d*) Dec. 1679 m. 10 Aug. 1681  
 Verde Franciscus *e*) 1681 m. 22 Jan. 1706  
 Felice Petrus de *f*) 1688 m. 1 Apr. 1695  
 Coreione Vincentius *g*) 4 Apr. 1695 m. 8 Nov. 1703  
 Mastrilli Petrus *h*) 14 Maj. 1699 m. 1 Jan. 1714  
 Fusco Sylvester de *i*) 25 Jun. 1704 m. 5 Aug. 1705

fuit primo Subdiaconus, deinde Presbyter Card. tit. S. Martini, postremo Poenitentiarius Major. An. 1650 Eps Arianeus renuntiatus Canonicatum dimisit. *a*) Vir literatissimus et Capituli diligentissimus multa accurate et erudite scripsit ad nostrum Collegium et ad Ecclesiam Neap. pertinentia, quorum maxime laudandum Opus de Statu Ecclesiae Neap. *b*) Ille an. 1678 Massae Lubrensensis Eps est renuntiatus. *c*) Fuit Can. primo Subdiaconus, deinde Presb. Simplex, tum Presb. Praebendatus tit. S. Mariae in Sole et Luna, postremo Poenitentiarius Major. *d*) Horatii fratris filius: fuerat Oeconomus Curatus Cathedralis Ecclesiae. *e*) Vir omni laude dignissimus. An. 1685 Vic. Capitularis fuit, quo in munere, favente Pontifice, Clerum ab odioso tributo, cui Pastor Bonus nomen erat, exemit quod frustra jam temptarat Can. Stephanus Quaranta. Puteolanam et Caputaquensem Ecclesias recusavit, XVI Kal. Oct. an. 1686, ut procurator Archiep. Antonii Pignatelli, pro eo possessionem Archiepiscopatus cepit, cujus Vicarius Generalis fuit. Eps Vicarius renuntiatus Canonicatum dimisit. *f*) Sanctus ab aequalibus existimatus: obitus diem et successorem in Canonicatum praesignificavit. Nolanam Ecclesiam ab Innocentio XI sibi oblatam recusavit. *g*) An. 1698 Eps Caputaquensis est renuntiatus. *h*) Ad Episcopatum Mottolensem an. 1703 est evectus. *i*) Ante Canonicatum Cathedralis

Cicatelli Bartholom. *a*) 14 Aug. 1705 m. 1722  
 Albarelli Jo. Baptista *b*) 11 Sept. 1723 m. 11 Aug. 1735  
 Jorio Franciscus de *c*) 6 Nov. 1735  
 Giacomo Joannes de *d*) 16 Jan. 1739 m. 6 Sept. 1764  
 Sparano Josephus *e*) 16 Sept. 1764 m. 1776  
 Ruggiero Joachim *f*) 24 Jul. 1775 m. 31 Jul. 1794  
 Gaglione Cajetanus *g*) 17 Aug. 1794 m. 25 Nov. 1815  
 Feola Gabriel *h*) 24 Dec. 1815 m. 2 Sept. 1819  
 Cuomo Salvator *i*) 3 Oct. 1819 m. 23 Maj. 1834  
 Romano Andreas *j*) 14 Aug. 1834 m. 3 Maj. 1851  
 Gallo Jo. Baptista *k*) 15 Jun. 1851 m. 24 Feb. 1853

Ecclesiae Oeconomus Curatus fuit. *a*) Et hic Cath. Ecclesiae Oeconomus Curatus erat: Crotoniensem et Hydruntinam Ecclesias recusavit. *b*) Ille etiam Cath. Ecclesiae Oeconomus fuit. *c*) Jam Cath. Ecclesiae Oecon. Postea Eps. Monopolitanus. *d*) Jam Oecon. Cur. Cath. Ecclesiae. *e*) *f*) Horum primus venit e Presbyteris Simplicibus. Vir doctissimus celeberrimum Opus typis edidit, cui titulus: Gli Atti della Chiesa Napolitana illustrati. An. 1775 Archieps Acherontinus et Materensis renuntiatus Canonicatum dimisit. Alter autem tanta erat animi modestia, ut oblatam Venusinam Ecclesiam recusaret. *g*) Orator eloquentissimus in Christifidelium aeterna salute, maxime in Sacris Missionibus, procuranda solertissimus fuit. Neque id uni eloquentiae tribuendum, sed morum ejus sanctimoniae, et omnigenae in sacris disciplinis eruditioni, qua pollebat, acceptum est referendum. *h*) Ante initium Canonicatum S. Mariae ad Rotundam Parochus fuerat. *i*) Vir pari doctrina ac prudentia praeditus. *j*) Ante Canonicatum S. Sophiae Parochus erat, quo quidem in munere omnium animos sibi conciliavit. In Theologia Morali, quam qui maxime, eruditis Sacerdotes juniores ad Christifidelium excipiendas confessiones solertissime parabat, idque maximo Ecclesiae Neap. cum emolumento ad extremum usque spiritum praestitit. *k*) Vir summa doctrina

Pica Salvator *a)* 8 Maj. 1853 n. 31 Jan. 1885  
Rosa Januarius II de *b)* 20 Maj. 1885

et pari pietate ac animi modestia praeditus. *a)* Romanum imitatus juniores sacerdotes in Theologia Morali summa cum laude erudiebat. *b)* Vir pietate ac doctrina insignis.